

Progetto realizzato col contributo della
Fondazione Ente Cassa di Risparmio di Firenze

TRASCRIZIONE, EDIZIONE E ANALISI DI ALCUNI *DICTAMINA*

Ep. I






Fig.1 - NA, c.1r-1v. Immagine elaborata a cura del Prof. F. Stella

Edizione

Mino da Colle incita i propri studenti a progredire con costanza negli studi.

Incipiunt epistole magistri Mini de Colle, que facte fuerunt Aretii.

Prima epistola facta in conventu Aretino.

Universis¹ scholaribus presentem auditoris epistulam Minus de Colle [Vallis] Else grammaticorum minimus Aretinam patriam incolens [cordis] benivolentiam cum salute.

Ad cursoris instar celerrimi - qui sue intentionis propositum gressibus continuatis inquirat in cuiusque rei principio humani cordis - continuum [respective] laborat ingenium; attendat ergo vestra di[ligentia], dilecti sotii, qui studium grammaticale precolitis, ad laudis studium [...] ² debet intellectus attendere, cum [...] ³ ex natura respiciat quid infinitatis tenet essentiam⁴ et effectum.

Debetis namque in doctrina procedere ut etate puerculus, qui lactis pabulo naturali teneritate nutritus dentium adveniente constantia duriora suscipit alimenta; [postquam] igitur [haberetis] sufficiens vestre intentionis principium opificis, quem laboris piget in opere, modulum non tenentes, exurgite, currite (dico) velociter ad

declamat<oriam>⁵ facultatis industriam, que sublevat ab infimitate infimos, medios inducit [ad supera] superius, [...] ⁶ grata caritatis [...] ⁷ quibus equidem iuxta suadente pueritia gloriantur. Et ecce karissimi qui iamdudum rethoricam [...] ontis a quo sumpsi particulam ut // ⁸ fratres et socios ad quod habeo vos invito benivole percipite igitur tute de modico. Nam qui dator est modicus dum temporis adesset commoditas copiosus in copia responderet.

(1) U] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (2) *non legitur*; (3) *non legitur*; (4) *essentiam] exentiam ms.*; (5) *declamatoriam] vix legitur*; (6) *non legitur*; (7) *non legitur*; (8) *expl. f. 1r.*

Ep. II

De iudice a iudice.
Magne pbitatis et sapientie uirum dno. B. de
aretio legu doctori. et de conaquis dfflor
pud ex salute fecunda gaudis.
cordis fides et bnuole audacitas inmensa
qua dissolubili licentia uideo uob in ge
me p meis meozq amioz negotiis inre
p madare pecunia inducdu exposita it
res et tps. Ecce g dante et bonfanti la
toie p sentiu amicu meu intruere del
cetiu qaco d lucignano comite aretu
ca dter pecunie quantitate recipere. ino
suis plenariu usuparet. Ine amicu
pntente requiro. Rogae q cora pte iudi
cibz abisq officialibz con aretu. un ho
noit meozq reuentu pecunia u coner
urim trah iterponatis auxilium q. s. b.

serice dxi statu dicitur. Atredetes
qd qd ei grati fecit. eo grati reputato.
duo emat reputo p meoz amioz uio la
p. s. r. **Dispositio.**

Fig.2 - NA, c.1v-2r

Edizione

R. de Tornaquincis, giudice fiorentino, chiede a B. di Arezzo di aiutare l'amico Dante de' Bonfanti a riscuotere dal comune di Lucignano un credito insoluto. De iudice ad iudicem¹. Magne² probitatis et sapientie viro domino B.^a de Aretio legum doctori R. de Tornaquincis^b de Florentia iudex salutem fecundam gaudiis.

Cordis fides et benivole aviditatis immensitas (qua indissolubili caritatis³ vinculo vobis iungor), me pro meis meorumque amicorum negotiis tute demandare precamina inducit, dum expostulat res et tempus. Ecce igitur Dantem de Bonfantibus, latorem presentium, amicum meum intimum et dilectum, qui a communi de Lucignano comitatus Aretii certam debet pecunie quantitatem recipere (unde satis plenarium ius apparet), vestre amicali prudentie recomendo, rogans quatenus coram potestati, iudicibus aliisque officialibus communis Aretii vestri honore meorumque interventu precaminum curetis⁴ et vestrum taliter interponatis auxilium, quod sibi // ⁵ debite de quantitate debita satisfiat, attendentes quod - quiquid ei gratum feceritis - eo gratius reputabo, quo eundem reputo <in meorum>⁶ amicorum numero ka<rissimorum>⁷.

(a) Benecasa: giurista e magistrato, originario di Laterina (provincia di Arezzo), morì a Roma nel 1300 (cfr. A. Lisini, *La Pia Dantesca*, Siena, 1939); (b) Famiglia Tornaquinci: potentissima famiglia aretina di parte guelfa, proveniente da Roma (cfr. G. Nicolaj, *Storie di vescovi e notai ad Arezzo fra XI e XII sec.*, in "Il notariato nella civiltà toscana, Atti di un Convegno - Maggio 1981 -", Roma, 1985, pp. 56-72); si ricorda Rolando de Tornaquinci: giurista, appartenente alla celebre dinastia dei Tornaquinci, visse nella seconda metà del sec. XIII (cfr. A. Tafi, *I vescovi di Arezzo*, Cortona, 1987).

(1) *in interlinea*; (2) M] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) caritatis] karitatis *ms.*; (4) curetis] -is eras.; (5) *expl. f. 1v*; (6) eras.; (7) eras.

Ep. III





Fig. 3 – NA, c. 2v-3r

Edizione

Un amico si scusa con un altro per non aver portato a termine un certo affare e promette di far presto ritorno.

De amico ad amicum¹.

Dilecto² soto G. Aretii litterali³ studio dedito D. de Cascia totius amoris habitum et se ipsum.

Etsi aliquando aliqua iusta causa superstitite in opere defectivus sit opifex, non est criminandus tam acriter quasi voluntarie defecisset. Cum igitur ab incepto, karissime, non sponte sed invite dividerim, reprehendi non debebam (ut estimo⁴), ut tua me quam misisti

reprehendit epistola. Pro voto utique imperfecta perficerem, nam eminentia //⁵ negotiosa me detinent et paterna dominatio scientius⁶ meum impedit animum ad regressum. Eo, sote propose, te deprecor, quatenus his aspectis excusatum me habere digneris sitque votum circa tue dilectionis constantiam loco facti.

(1) *in interlinea*; (2) D] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) litterali] licterali *ms.*; (4) estimo] extimo *ms.*; (5) *expl. f. 2v*; (6) scientius] scietius *ms.*

Ep. IV




Fig. 4 – NA, c. 3r

Edizione

Il fiorentino Telano da Latosa scrive al figlio S., studente ad Arezzo, per chiedergli di tornare a casa per unirsi in matrimonio con la figlia di Ugolino da Senno.

De padre ad filium¹.

Telanus² de Latosa Florentinus civis suo filio karissimo S. Aretii litterali³ studio dedito, cum paterna benedictione salutem.

Procedit ex nutu illius, cui gravia et onerosa sunt levia, quod antique inimicitie hodium, quod inter nostram et Ubaldinorum progeniem viguit, et sedetur et fine quidem terminetur laudabili, ad cuius rei constantiam certa sunt patrimonia constituta. Inter que convenit ut filia domini Ugolini de Senno tibi matrimoniali vinculo copuletur; quare tue filiationi precipimus quatenus - visis presentibus -

mora premissa qualibet revertaris ad patriam, facturus que pro parte
tua presentialiter fieri debent.

(1) *in interlinea*; (2) T] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) litterali] licterali
ms.

Ep. V





Fig. 5 – NA, c 3r-v

Edizione

Il figlio S. risponde al padre Telano per manifestargli la sua obbedienza e annunciare entro breve il suo ritorno.

Responsiva¹.

Reverendo² patri suo domino Telano³ S. scholaris Aretii reverentiam in omnibus filialem.

Paterne dominationis litteris⁴ omni qua decuit affectione receptis, ecce taliter do responsum, quod (Deo concedente) curabitur //⁵ id totum fieri, quod mihi presentialiter demandastis. Verum si - ut optatis - mea non esset preceps⁶ regressio, nulla sitis admiratione coacti, quia certa negotia, que me tenent, adhuc forsitan per aliquot dierum spatium me tenebunt .

(1) *in interlinea*; (2) R] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) Telano] *vix legitur p. maculam*; (4) litteris] *licteris ms.*; (5) *expl. f. 3r*; (6) preceps] *procepit ms.*

Ep. VI




Fig. 6 – NA, c. 3v

Edizione

I membri della famiglia degli Ubertini invitano la famiglia dei Bostoli alla cerimonia di investitura che si svolgerà nella Curia il giorno di Pasqua.

De milite ad militem¹.

Probitatis² et sapientie titulis³ decoratis talibus militibus de Bostolis^a Aretinis magnificis civibus, tales de Ubertinis^b honoris et laudis cumulum cum salute.

Petit et appetit, amice caritatis⁴ integritas et exercere benivolos et a benivolis - cum temporis oportunitas exigit - exerceri. Ecce nunc poscit res congrua, poscit tempus idoneum⁵ et amicorum persuadet consilium, quod in proximo Resurrectionis Pascate (superno favente

preside) militari cingulo accingamur. Ad cuius rei patratiōnem afficimus amicorum presentiam personalem vosque precipue - quos habemus precipue inter caros - invitamus et affectuose requirimus ad supradictam curiam ordinato termino, ut poteritis honorabilius accessuros.

(a) Famiglia Bostoli: nobile famiglia aretina di parte guelfa (cfr. A. Tafi, *I vescovi di Arezzo*, Cortona, 1987); (b) Famiglia Ubertini: nobile famiglia oriunda di Arezzo di parte ghibellina, fu tra le più tenaci ad ostacolare la politica dei fiorentini (cfr. A. Tafi, *I vescovi di Arezzo*, Cortona, 1987); l'esponente più celebre è Guglielmo Ubertini (uomo politico e dal 1248 vescovo di Arezzo) partecipò alle lotte politiche tra Guelfi e Ghibellini (cfr. C. Lazzeri, *Guglielmo Ubertini e i suoi tempi*, Firenze 1920).

(1) militem] *infra lineam ms.*; (2) P] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) titulis] *tictulis ms.*; (4) caritatis] *karitatis ms.*; (5) idoneum] *ydoneum ms.*

Ep. VII





Fig. 7 – NA, c. 3v-4r

Edizione

I membri della famiglia dei Bostoli accolgono l'invito della famiglia degli Ubertini, ma chiedono a loro volta di essere associati ai loro privilegi.

Responsiva¹.

Probis² et prudentibus domicellis talibus de //³ Bostolis^a Aretini cives optati desiderii complementum vel optate felicitatis consecutum.

Gratanter recepimus litteras⁴, quas misistis⁵, quarum diligentissime perspecto tenore ecce taliter respondemus, quod ad vestram curiam honorabiliter - ut ex nostra possibilitate processerit -

accedemus; verum si - ut audivimus - obviam imperiali magnitudini tenditis militare cingulum recepturi, rogamus quatenus nobis vestrum velitis declarare propositum, ut et qui vestris sumus intenti honoribus vestre societati personaliter adiungamur.

(a) vide supra n. (a) e (b).

(1) in interlinea; (2) P] capitalis rubro ornata in ectasi; (3) expl. f. 3v; (4) litteras] licteras ms.; (5) misistis] mistis ms., corr. alia manu misistis.

Ep. VIII





Fig. 8 - NA, c. 4v-5r

Edizione

L'abate G. scrive a B., priore del monastero di San Donato, per rassicurarlo e garantirgli il suo sostegno nei confronti dei fedeli del comune di San Donato, che rifiutano di prestare all'abbazia i servizi consueti.

De abate ad priorem¹.

G.² abbas³ talis abbacie dilecto filio in Christo domino B. talis abbacie priori salutem in Domino.

In admirationis materiam compulit suum quam misisti littera⁴ receptorem, in eo videlicet quod tua nobis fuit prolatione propositum, quod nostrorum fidelium de Sancto Donato fidelitas presenter alterata non porrigit opera que de fide procedunt, sed⁵ ad ea potius qui sunt nobis opposita premolitur; verum quia - ut impulsu venti foleum agitur arboreum - promovetur humana quandoque iniqua subgestione fragilitas, possibile quod de nostris scripsisti fidelibus arbitramur. Super his namque diligenti deliberatione previdimus nostris eis litteris⁶ //⁷ presenter iniungere, quod tibi de fidelitate respondeant - ut nostre persone proprie responderent -; quod si fecerint, acceptabile nobis erit quam plurimum, alioquin nostre indignationis aspere furens furor patebit infidelibus dignus ultor.

(1) *in interlinea*; (2) G.] *add. in margine*; (3) A] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (4) littera] *lictera ms.*; (5) sed] *set ms.*; (6) litteris] *licteris ms.*; (7) *expl. f. 4v.*

Ep. IX




Fig. 9 - NA, c. 5r

Edizione

L'abate G. scrive ai vicari D. e F. del comune di Arezzo per rendere loro note le recriminazioni di B., priore del monastero di San Donato, e ammonirli perché inducano i fedeli di San Donato ad assolvere i loro doveri.

G.¹ abbas talis abbatie D. et F. vicariis, consilio et communi de Sancto Donato, fidelibus suis, salutem quam meruerunt.

Pro parte domini B., prioris nostri monasterii de Sancto Donato, querelam recepimus, quod vos, capita pre nimia ponderis facilitate vibrantes et vano cogitatu confisi, servitia - que debetis monasterio nostro - non curatis impendere, denegantes omni timore postposito ius et verum; ex quo ad tantam sumus indignationem commoti, quod non

possemus litteris² explicare faciliter. Qua re vobis sub pena et banno nostro auferendis arbitrio duximus strictissime iniungendum, quatenus incontinenti - visis presentibus - responsuri de fidelitate fideliter coram dicti prioris, vicem nostram habentis, in hac parte debeatis presentia comparere, attendentes³ quod, si nostris neglexeritis obedire⁴ mandatis, contra vestre temeritatis audaciam in quantum suadeat⁵ iustitia procedemus //⁶.

(1) G] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (2) litteris] *licteris ms.*; (3) attendentes] *actendentes ms.*; (4) suadeat] *add. alia manu in margine*; (5) obedire] *obbedire ms.*; (6) *expl. f. 5r.*

Ep. X




Fig. 10 - NA, c. 5v

Edizione

I vicari D. e F. del comune di Arezzo scrivono all'abate G. per garantirgli il loro sostegno e notificare il loro intervento al fine di ristabilire l'ordine previsto dal consueto legame di fedeltà.

Suo¹ speciali² domino reverendo domino G., abbati dignissimo talis loci, D. et F. vicari, consilium et universum commune Sancti Donati honorem et reverentie habitum et de incognito veritatem indignate dominationis argumento³.

Ex iniusta criminatione proveniens turbavit mentes, turbavit animos et terrori maximo subditorum corda supposuit, dum non esset qui⁴ gravedinis illate tam subite designaret vel redderet rite causam; sperantes actamen quod cuiusque sermonis prolatio remaneret suo loco, finaliter audaciam⁵ sumimus nec acriter vestrarum minarum⁶ illatio nos offendat. Ecce vestre dominationis litteras⁷ omni qua decuit affectione recepimus, quarum diligenter perspecto tenore duximus taliter respondendum, quod coram presentia prioris vestri de Sancto Donato affuimus et que nobis ex vestra parte iuiunxit taliter observare conabimur, quod subiecta nostra fidelitas alterata nobis in aliquo circa fidem vel opera non patebitur.

S] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (2) speciali] *spetiali ms.*; (3) argumento] *argunto ms.*; (4) qui] *add. alia manu in interlinea*; (5) audaciam] *audatiam ms.*; (6) minarum] *minorum ms.*; (7) litteras] *licteras ms.*

Ep. XI




Fig. 11 - NA, c. 7r

Edizione

Il comune e il podestà M. di Prato chiedono a Tarlato di Pietramala di Arezzo di assumere la guida della loro città.

De potestate ad potestatem¹.

Mire² probitatis et sapientie viro domino Tarlato^a de Petramala civi laudabili Aretino M. potestas, consilium et commune de Prato vitam longevi temporis cum honore.

Ubi negotia laboriosa concurrunt, querendus est probus et providus gubernator. Cum igitur nostra quasi dissoluta communitas - que diu extitit facinoris incussione concussa³ - rectorem sibi petat et dominum, qui scelera⁴ radicata diradicet, vitia repellat ab exitu et commodis successibus⁵ locum ferat, vos - de quo iam fama divulgata per partes laudis et glorie titulis circumfultum sonum exeravit mirificum - a kalendis ianuarii proxime venturis ad unum annum (equos sex et breviarior XII per totum tempus vestri regiminis retinentes cum duorum milium librarum salario) in rectorem et dominum eligimus terre nostre. Percipite igitur benivole - ut precamur - quod vobis unanimi et concordi⁶ affectione offerimus, ut (gratia divina favente) extrennitatis vestre presidio nostre spei manucula, que fortiter vario procellarum turbine quassa fuit in equore, directa per tramites velo directo salubriter portum felicissimum sibi querat.

(a) Famiglia Tarlati: potente famiglia aretina di origine lombarda discendente secondo la tradizione da tale Tenzzone da Colle (cfr. A. Tafi, *I vescovi di Arezzo*, Cortona, 1987); l'esponente più celebre è Guido Tarlati, vescovo di Arezzo dal 1312 al 1327; nel 1321 fu nominato signore a vita della città (cfr. A. Tafi, *I vescovi di Arezzo*, Cortona, 1987).

(1) *in interlinea*; (2) M] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) concussa] concusa *ms.*, *corr. alia manu* concussa; (4) scelera] scellera *ms.*; (5) successibus] subcessibus *ms.*; (6) concordi] cordi *ms.*, *corr. alia manu* concordi.

Ep. XII





Fig. 12 - NA, c. 7r-v

Edizione

Tarlato di Pietramala di Arezzo accoglie la richiesta del comune di Prato e assume la guida della città

Responsiva¹

Immense² nobilitatis et prudentie viris dominis M. honorabili potestati, consilio et communi de Prato³ Tarlatus^a de Petra//mala⁵, civis Aretinus, salutem et prosperis abundare successibus⁴.

Affectuosa dilectio, que vice mutua vestros pariter aggregavit affectus, nos semper que cupitis exercere compescit⁶, dum votis nostris potentia persuadet. Eo igitur, vestre terre dominium recipientes

pro libito, cum nobis vestra comparabit epistola, paratos offerimus ad
adventum.

(a) *vide supra* n. (a). (1) *in interlinea*; (2) I] *capitalis rubro ornata in
ectasi*; (3) Prato] *Plato ms.*; (4) *successibus*] *subcessibus ms.*; (5) *expl. f. 7r*; (6)
compescit] *cumpescit ms.*

Ep. XIII

... p[ro] amonoz iacurione p[ro]tati no uetaum' put suo
posuit iuramento : — **D potestate ad potestate.**
Mobilibus q[ue] potentib[us] uiris dno. C. pot[er]it[er] o[mn]i[u]m q[ue] coi[un]cti
Sepulchri . f. pot[er]it[er] o[mn]i[u]m q[ue] coi[un]cti areanoz salute q[ue] amo
ris p[ro]petu[er]i firmitate. Vere c[on]sonu[m] equitati disgnosat
ut hi qui n[ost]re comunita[er]i iurib[us] q[ue] p[ri]mo moniti p[ro]p[ri]e
se iuriose p[ro]stiteru[n]t obnoxios sentiant digna suozu[m]
facinoz ultione. Cum g[er]o talis n[ost]r[us] eps qui ab antiq[ua]
malicie t[em]p[or]e no[n] discedit amulas n[ost]re ciuitatis ex
ulib[us] aliisq[ue] sibi co[m]plicib[us] pessimis q[ue] iniquis Castru[m] de
Ciuitella munuerit. aduersatus nobis obstat[er]it guera[m]
p[ro]stet. n[ost]ra p[ro] nichilo reputates p[ro]camina q[ue] g[er]ali n[ost]ro
parlamento decreuim[us] Castru[m] ip[s]u[m] in me[er]ito nob[is] opposi
tum n[ost]ro pot[er]enti exercitu[m] pot[er]et a uirib[us] obfidere.
ad quod expedie ut ualidiores in n[ost]re m[er]itis sim[us] p[ro]
suto amioz suffragia postulare. Co[m]munitati q[ue]
dilectione u[ost]ra[m] requirunt q[ue] p[ro]cam accente q[ue] reb[us]
singlis omib[us] ad exercitu[m] p[ro]tineta[m] talit[er] uos p[ro]p[ri]e
q[ue] ad n[ost]ram san[ct]am requisitione[m] moueatis ad n[ost]ram b[en]epla
citu[m] accedim[us]. Ut duce dno tota[m] sequitatis ultore
q[ue] n[ost]ro uobis q[ue] u[ost]ro nobis adiutorio p[ro]stato palman

posim[us] assequi de optatis : — **D potestate ad potestate ;**

Fig. 13 -NA, c. 10v-11r

Edizione

Il comune e il podestà di Arezzo C. chiedono al comune e al podestà F. di Sansepolcro di unirsi a loro nella guerra contro il loro vescovo.

De potestate ad potestatem¹.

Nobilibus² et potentibus viris domino C. potestati, consilio et communi Sancti Sepulcri F. potestas, consilium et commune Aretinorum salutem et amoris perpetui firmitatem.

Vere consonum equitati dignoscitur³ ut hii, qui nostre comunitati iuribus etiam primo moniti precibus se iniurose prestiterunt obnoxios, sentiant dignam suorum facinorum ultionem. Cum igitur talis noster episcopus, qui ab antique malitie tramite non discedit, multis nostre civitatis exulibus aliisque sibi complicitibus pessimis et iniquis castrum de Civitella munuerit, adversatus nobis obstiliter guerram prestat (nostra pro nichilo reputantes precamina), generali nostro parlamento decrevimus castrum ipsum immerito nobis appositum nostro potenti exercitu potenter et viriliter obsidere, ad quod expedit ut validiores in nostre mentis simus proposito amicorum suffragia postulare. Eo amicitiam et dilectionem vestram requirimus et precamur actente, quatenus rebus singulis omnibus ad exercitum pertinentibus taliter nos pareatis, quod ad nostram seram requisitionem moveatis ad nostrum beneplacitum accessuri⁴, ut - duce domino totius iniquitatis ultore et nostro vobis et vestro nobis adiutorio prestito – palmam⁵ // possimus⁶ assequi de optatis.

(1) *in interlinea*; (2) N] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) dignoscitur] disgnoscitur *ms.*; (4) accessuri] accesuri *ms.*; (5) *expl. f. 10v*; (6) possimus] *partim eras.*

Ep. XIV




Fig. 14 - NA, c. 11r

Edizione

Il comune e il podestà F. di Sansepolcro rispondono al comune e al podestà C. di Arezzo respingendo la richiesta di aiuto.


De potestate ad potestatem¹.

Multe² probitatis et sapientie viris domino F. potestati, consilio et communi de Aretio C. potestas, consilium et commune Sancti Sepulcri salutem et prosperis habundare successibus.


Vestra exaudire precamina curaremus, dum aliquid gravitatis nostra inde communitas non sufferret; dubitamus namque plurimum et immerito dubitare non credimus, quod - si vestro episcopo aliquam faceremus iniuriam - ne commune nostrum detrimentum incurreret vel iaturam. Etsi nulla timoris retemptio nos³ terreret, cordis tamen devotio, quam devote gerimus circa sue magnificentie dignitatem, facere que nobis ad presens petitis non permittit⁴. Rogamus igitur amice dilectionis vestre constantiam, quatenus - debitis causis aspectis⁵ - nos habere dignemini excusatos, scientes contra universa communia et personas alias spetiales ad exercitum faciendum particulariter et universaliter ut vestra benivolentia peteret nos paratos.

(1) *in interlinea*; (2) M] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) nos] vos *ms.*, *corr. alia manu* nos; (4) permittit] permittit *ms.*; (5) aspectis] aspectis *ms.*

Ep. XV



petere nos paratos. De plebano ad episcopum.
Guilielmus divina miseratione Aretinus Episcopus dilecto in Christo filio B. talis plebis plebano salutem in Domino. In mora quam fecit dominus Richardus cardinalis in Civitate Aretina qui in Episcopatu commendabilis est defensor et fautor magna sustinuit honora expensarum. Quare deest



ut nostris subditis abbatibus foribus et plebanis et aliis ecclesiarum rectoribus ne gravis pondus nostris humeris in decem infereatur gravitate. certa imponat quantitas sustentenda. facti ergo dispensatione diligenter ut decem xxij libras et teneamus te circa tue plebis utilitatem soluturum. Omne devotioni tue parati quod deos. In mora qualibet premissa post presentium presentationem in te debeas camerario presentare. De plebano

Fig. 15 - NA, c.11r-v

Edizione

Il vescovo di Arezzo Guglielmo chiede al pievano B. di Bibbiena di versare una quota di 23 lire per sostenere le spese di mantenimento del cardinale Riccardo ospite ad Arezzo.

De plebano ad episcopum¹.

Guilielmus² divina miseratione Aretinus episcopus dilecto in Christo filio B. talis plebis plebano salutem in Domino.

In mora, quam fecit dominus Richardus cardinalis in civitate Aretii, qui nostri episcopatus commendabilis est defensor et fautor, magna substinuimus honera expensarum, quarum decet³ // ut nostris subditis, abbatibus, prioribus et plebanis et aliis ecclesiarum rectoribus, ne grave pondus vestris humeris indecenter inferat gravitatem, certa imponatur quantitas suferenda. Facta igitur dispensatione diligenter - ut decuit - XXIII libras decrevimus⁴ te circa tue plebis valitudinem soluturum. Quare devotioni tue precipimus, quatenus dictos de mora qualibet pretermissa post presentium presentationem nostro debeas camerario presentare.

- (1) *in interlinea*; (2) G] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) *expl. f. 11r*; (4) *decrevimus] praec. de esp.*

Ep. XVI




Fig. 16 - NA, c. 11v

Edizione


Il plevano B. di Bibbiena risponde al vescovo Guglielmo di Arezzo informandolo di aver preparato la somma di denaro da lui richiesta.

De plebano ad episcopum¹.


Reverendo² in Christo patri domino G. divina miseratione Aretino episcopo T. plebanus de Biblena³ reverentie habitum et se ipsum. Est ilariter⁴ parata pecunia, quam parari vestris duxistis litteris⁵ iniungendum, hinc ad diem dominicam venientem (annuente Domino) vestro camerario presentanda.

- (1) *in interlinea*; (2) R] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) Biblena] *Billena ms.*; (4) ilariter] *ylariter ms.*; (5) litteris] *licteris ms.*

Ep. XVII



obsequiosus in fungeret. - *De amico ad amicum.*
Spetiali sibi domino debite reverendo domino Henrico
Aretino digne canonico. Suus Minus de Colle
notarius nunc Fighini ad omnia mandata se promptum.



Postulantis audacia non operum petratione describit verum fide,
qua dum posse succederet, vestris avide iungeretur obsequis.
Eo vestre providentie supplicat vester Minus, quatenus licet multum
sibi aliquas Bonfiliales epistolas presentetis.

Fig. 17 - NA, c. 12r-v

Edizione

Mino da Colle prega l'amico Enrico, priore di San Martino, perché gli spedisca una raccolta di lettere del maestro Bonfiglio.

De amico ad amicum¹.

Spetiali² sibi domino debite reverendo domino Henrico Aretino digne canonico, suus Minus de Colle notarius nunc Fighini ad omnia mandata se promptum³. // ⁴

Postulantis audacia non operum petratione describit verum fide, qua (dum posse succederet) vestris avide iungeretur obsequis. Eo vestre providentie supplicat vester Minus, quatenus licet multum sibi⁵ aliquas Bonfiliales^a epistolas presentetis.

(a) Bonfiliales: di Bonfiglio: nativo di Arezzo fu maestro di grammatica presso lo *Studium* di Arezzo a partire circa dal 1258: morì nel 1266 e Mino lo sostituì

nell'incarico. Cfr. U. Pasqui, *Documenti per la Storia della Città di Arezzo nel Medioevo*, Arezzo e Firenze, 1937, p. 631.

(1) *in interlinea*; (2) S] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) *promptum*] *prontum ms.*; (4) *expl. f. 12r*; (5) *sibi*] *si corr. alia manu sibi*.

Ep. XVIII




Fig. 18 - NA, c. 12v

Enrico, priore di San Martino, risponde a Mino da Colle per informarlo che provvederà a spedirgli una raccolta delle lettere del maestro Bonfiglio.

De magistro [...]¹.

Dilecto² sibi non parum magistro Mino Fighini existere consueto
Enricus prior Sancti Martini de Avena probitatis insatiabile votum.

Libito vestro, libito universo intendens, cum velim singula eorum
que vultis nichilque appetam quod vestro appetitui aversetur³, amici
more solliciti epistolas coacervare⁴ curavi nec curare desisto que ab
eccellenti⁵ mei doctoris industria⁶ – velut⁷ causatum a suo causante
principio⁸ – prodierunt, cuius iugiter dictatoria eruditione informor.
Quod autem nullam adhuc epistolarum transmisi, nichil vobis
admirationis inducat: exiguum enim numerum habitarum adtendens

laborare non desino pro habendis⁹, quarum larga pluralitas per me vobis infallibiliter transmittetur¹⁰.

- (1) *in interlinea partim eras.*; (2) D] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (3) *aversetur] versetur corr. alia manu aversetur*; (4) *coacervare] coarcervare cum -r- esp. et corr. alia manu coacervare*; (5) *eccellenti] super rasura*; (6) *industria] super rasura*; (7) *velut] velud ms.*; (8) *principio] principuo ms.*; (9) *pro habendis] proabendis ms.*; (10) *transmittetur] transmictetur ms.*

Ep. XIX





Fig. 19 - NA c. 13v-14r; S f. 50r-v

Edizione

Mino incoraggia gli studenti maggiori, mediocri e minori a far vendetta di un maestro –Orlandus/Rolandus - che ha imperversato su di loro con punizioni corporali.

De magistro ad scolares¹.

Sotii² predilecti, eum audite qui loquitur. Nil dulcius, nil suavius, nil etiam in evo placidius quam de hostibus ultionem assumere. Illud³

igitur, karissimi, sumite⁴, percussiones et verbera que vobis intulit iste nequam Orlandulus^{5 a} - qui nunc sedet in cathedra⁶ – recolentes⁷. Recolatis etenim⁸ primo et principaliter vos maiores, qualiter ipse effer⁹, ursutus¹⁰ oculis et aspectu multotiens erga vestre humilitatis¹¹ // inditium de pharetra perversitatis exausta venenosa missilia sagittabat¹². Estne quod dico? Loquamini. “Ecce loquimur et que dicis profitemur indubie”. Et vos, mediocres, territi timore, silebitis. Sileatis baldamente, si complacet, quia¹³ iste¹⁴ (per Deum) nil vobis aliud¹⁵ // intulit quam contusa et dampna¹⁶. Similiter, o minores, aspiciate. Estote¹⁷ memores qualiter hic, vester stimulus, vestras manus tenerimas ferula durissima flagellavit¹⁸ et brachia. Or¹⁹, quid plura? Vos omnes omnium mementote que gesserit. Surgite festinanter unanimes. Capiatis eundem et iuxta²⁰ sue iniquitatis opera punietis²¹.

(a) Orlandus: maestro di grammatica attivo presso lo *Studium* aretino e menzionato negli *Statuti* del 1255 (cfr. F. Fabbrini, *Statuti dell'Università Medievale di Arezzo (1255)*, Arezzo, 1990).

(1) *in interlinea NA; om. S*; (2) *S] capitalis rubro ornata in ectasi NA, om. S*; (3) *illud] illum S*; (4) *sumite] furmite NA*; (5) *Orlandulus] Rolandus S*; (6) *in cathedra] in cathera NA*; (7) *recolentes] recolatis S corr. super recolentes cum -entes esp.*; (8) *etenim] et etenim NA, et enim S*; (9) *effer] offert S*; (10) *ursutus] visutus S*; (11) *expl. f. 13v NA; f. 14r in margine superiori artefice NA*; (12) *sagittabat] sagiptabat Na; sagitabat S*; (13) *quia] quoniam S*; (14) *iste] om. S*; (15) *vobis aliud] aliud vobis S; expl. f. 50r S*; (16) *contusa et dampna] contia et dampno NA; quam conta et dampna S*; (17) *estote] extote S*; (18) *flagellavit] fragellavit NA*; (19) *qualiter or] om. S*; (20) *iuxta] iusta NA*; (21) *punietis] premietis NA*.

Ep. XX

opera promittis? —
Dicos quibus presentis littera legitur. *Omni* de colle
vallis esse nos. a falso uerz. et auere falsu dis-
cernere p salute. Eis digne in p lio grempe ase-
bit quibus p xima fuit grata localit. du cu p fce-
tialit sint longeva. a l eptu e cete qd dicitur
uobis o. soti qui fonta scientia aque p p mqui
q snti oppsi ualida ad pocula fumentia q p ualent
melinare capita no curatis. p hoc em adi famia
uos deducit euozmitas. p sberit imoderata supbia.

blanditue uos fallit i fantia. que uobis est finalit
p ditua. ad cor g reuertimini et pensate ad quid uos
misit patres in uiam. Misit scilicet uos colere
spei agru ut abiectis semibz comode. fructu ex
inde creditu legeretis. uos aute agriculturam sic
facitis q no uultis suffere labore. In abiecto tam
semine crescit Erba. que grana sata cocrescere.
suis applicata ceminibz no p mictat. O effrenes ad
scelera. O tardi p uisores ad comoda. O singlis mo-
nitibus aspi. ut quid eps urm admittatis. adhuc
forsan recognoceatis que facitis. p rabis epia qb
est impossibile regredi. nec fructus auferre uobis
questus. lassissimi postqua indebite fallitis. debite
uos redanguo deprecans. qd errore reticco q. queat
studio uelut insistere. p fiate ut qso p fiate et
studere. Et qui studere no appetit dicit ormanno q

Fig. 20 – NA, c. 14r-v

Mino da Colle redarguisce gli studenti più svogliati e li incita a perseverare e progredire con costanza negli studi.

Sotios¹ quibus presens littera² legitur Minus de Colle Vallis Else notarius a falso verum et a vero falsum discernere pro salute.

Eis digne impressio³ contemptus⁴ ascribitur, quibus proxima sunt grata localiter, dum tamen profectualiter sint longeva. Ascriptum est certe quod dicitur vobis: O sotii, qui fonti scentialis aque propinqui et siti oppressi valida ad pocula sumenda⁵ que pervalent inclinare capita non curatis. Per hoc enim ad infamiam vos deducit enormitas, prosternit immoderata superbia, //⁶ blanditive vos fallit infantia, que vobis erit finaliter proditiva; ad cor igitur revertamini⁷ et pensate ad quid vos miserunt patres Aretium⁸. Miserunt (scitote) vos colere spei agrum, ut - abiectis sementibus - commode fructum exinde creditum legeretis. Vos autem agriculturam sic facitis, quod non vultis sufferre laborem. In abiecto tamen semine crescit erba, que grana sata concrecere suis applicata cerminibus non permittit. O effrenes ad scelera, o tardi provisos ad commoda et o singulis monitoribus asperi, ut quid tempus vestrum amittitis⁹, adhuc forsitan recognoscetis que facitis! Plorabitis¹⁰ tempora, quibus erit impossibile regredi nec fructum auferet vobis questus. Karissimi, postquam indebite fallitis, debitam vos redarguo deprecans, quatenus errore retroiecto - quod convenit studio - velitis insistere. Proficite (ut queso), proficite et studete. Et qui studere non appetit, dica Ornmanno et sibi postmodum respondebitur verbum decens.

(1) S] *capitalis rubro ornata in ectasi*; (2) littera] *lictera ms.*; (3) impressio] *inpressio ms.*; (4) contemptus] *contenptus ms.*; (5) sumenda] *summenda ms.*; (6) *expl. f. 14r*; (7) revertamini] *revetamini ms.*; (8) Aretium] *Aritium ms.*; (9) amittitis] *admictitis ms.*; (10) plorabitis] *prorabitis ms.*